

etiam in Ecclesia Terræ Martæ, postulantibus Francisco et Antonio Jacoponi annorum sex, ambobus a Testatore æquali gradu descendentes, PP. EE. (nulla habita ratione vocum, et nominationum, siquidem nondum casus advenerat, ut quis ex familia Jacoponi Juspatronatus acquireret a fundatore præsignatus) concesserunt Franc. Antonio, ejusdem potiori ætate, et potioribus requisitis inspectis; facto verbo cum SSmo Montis Falisci dispensationis 29 Martii 1838.

(10. Cum ageretur de assecutione Præposituræ cum cura animarum, et jurisdictione fere Episcopali super insigni Collegiata S. Nicolai, et cum alii adessent passive vocati idonei, renuit S. C. dispensationem imperitari adolescenti Ferdinando Cassoli, etsi passive vocato; in Regien. Præposituræ 4 Junii 1838. ad 2 dub.

(11. Cum Clericus Paschalis Ricocchi ad Capellaniam Sacerdotalem, et cui onus erat Parochum adjuvandi, a duobus Patronis nominatus Dispensationem a qualitate Sacerdotali, et Parochus Rossi a quinque cæteris præsentatus Dispensationem ab incompatibilitate postulasset, dum interim intra Quadrimestre quatuor ex Patronis ad Paschalis nominationem accessissent, S. C. cum satis præcise de Ricocchi scientia non constaret, injunxit Episcopo, ut peracto prius experimento Clerici Ricocchi coram tribus Examinatoribus, referret, an sufficientis sal-

DISTRIBUTIONES QUOTIDIANÆ.

S. CONGREGATIONIS RITUUM DECRETA.

(1. Delata ad Sac. Rit. Congregationem controversia inter Capitulum Ecclesiæ Collegiatae S. Petri Civitatis Spoletanæ, et Angelum Placidi Coadjutorem Prioris ejusdem Ecclesiæ: An eidem Placidi competat jus lucrandi distributiones, dum interest Choro cum habitu Protonotarii, non vero cum vestibus, et insigniis canonicalibus:

Sac. eadem Congregatio, audita sententia Rmi Episcopi, inspectis peculiaribus circumstantiis, referente Emo et Rmo Domino Cardinali Livizzani rescripsit: *Licere Coadjutori Placidi adhibere vestem prælatitiam in Choro, quotiescumque tali veste indutus Choro interfuerit, facere fructus suos, et distributiones lucrari.* Spoletana. die 23 Augusti 1793.

S. CONGREGATIONIS CONCILII DECRETA.

(1. Loco distributionum quotidianarum in Ecclesia Collegiata olim Parochiali S. Michaelis Archangeli oppidi S. Angeli per Capitulare statutum ab Episcopo approbatum anno 1718. punctaturæ absentium fuerunt subrogatæ. Modo vero Canonici institutionis de Rubeis bona Canoniatuum in se divisa retinent; Canonici foundationis de Corradis dividunt pro æquali rata parte sortitus fructus, nec habent distributiones. Morem hunc improbarunt Episcopi, ac a Terentio Consoli Canonico foundationis de Rubeis postulatum est, ut quæ de communi Massa, et quotidianis distributionibus in Bulla erectionis præfixa sunt exequantur. S. C.

tem scientiæ præditus esset ad Confessiones excipiendas. Fesulana Dispensationis 22 Decembris 1838.

(12. Contra Dispensationem ab irregularitate misero casu contracta jam ab anno 1837. a Fr. Mariani a Morrovalle petitam, confecto experimento ab Emo Archiepiscopo Firmano, cum esset compertum Oratorem digne, et accurate singulas Divini Sacrificii cæremonias explere non posse, visum est Emis PP. denegare. In Asculana Dispensationis 14 Decembris 1839.

(13. Item Hieronymum Fantaguzzi in Vaticana Basilica Canonicum optata dispensatione pro retinenda Cæsennæ residentiali Capellania indignum judicaverunt, quod nullam adduceret canonicam causam; in Cæsennat. Capellanæ 27 Julii 1839. ad 2 Dub.

(14. Dispensationem quam super defectu ætatis a Testatore præscriptæ obtinuerat a Sede Apostolica per Breve Leopoldus Cerreti, ad obtinendum Canonicatum in Tiburtina Cathedrali Ecclesia, ad quem ipse vocatus, pro medietate vocum fuerat nominatus nullo nec obreptionis nec subreptionis vitio laborare dixit H. S. O. atque adeo ipsi Cerreti institutionem dandam esse statuit, cui votum quoque favebat Episcopi, remoto Thoma Cocanari in subsidium tantum a Testatore ad Canonicatum vocato. In Tiburtina Canonicatus 7 Septembris 1839. ad 1 et 2 Dub.

proinde declaravit, inter cunctos Canonicos esse locum confectioni massæ communis omnium et singulorum fructuum, reddituum et proventuum, jurium et emolumentorum provenientium tum ab hæreditate de Rubeis, tum ex legato Petri Corradi: Pissauræ. Massæ Communis 25 Januar. 1783. dub. 2.

(2. Ac dividendæ sunt hujusmodi distributiones quotidianæ inter illos ad formam Bullæ erectionis peractæ a Clem. XI. Pont. Max. anno 1718. in qua sic statuit de reddituum partitione, « ut omnia et singula fructus, et emolumenta hæreditatis primo dicti Testatoris provenientia in unam massam communem congeri debeant, et ex illa ducatis duodecim auri pro cujuslibet ex quatuor priorum, et trium posteriorum Canonicorum præbendis detractis, reliqua omnia, ac etiam incerta quæcumque in usum distributionum quotidianarum inter dietos quatuor priores et tres posteriores Canonicos præbendas obtinentes, ac horis Canonicis aliisque Divinis Officiis interessentes, juxta providam ordinationem desuper faciendam dividenda, et repartienda cedere, et converti debeant. » *Ibid.* dub. 4.

(3. Interrogata est S. C. an sit toleranda consuetudo, qua Capitulares Ecclesiæ Cathedralis in ingressu solvant libras quadragentas, seu verius 424. ad augendam et conservandam massam distributionum quotidianarum, ita ut, qui non solverit omni penitus quotidianarum distributionum fructu privetur? S. C. negativum dedit responsum juxta

votum Card. Relatoris, qui ait: « Quo vero ad dubium secundo loco propositum spectat, respondendum esse ducere Negative. » Inde validas affert, atque doctissimas rationes ad præfatam consuetudinem removendam. Ecclesien. Oner. et Distrib. die 9 Sept. 1786. dub. 2.

(4. Et ad interrogatum quonam modo ea distributionum massa confici debeat? responsum fuit, applicandas esse massæ distributionum duas ex tribus partibus, relicta tertia parte pro legatis piis, in reliquis juxta votum Card. Relatoris qui locutus est: « Equidem hoc modo respondendum arbitraret. Prævia sanatione impetranda a SSmo applicandam esse massæ distributionum medietatem omnium Capitalium et fundorum Capituli tunc existentium, relicta alia medietate pro legatis piis et in posterum obligandos esse omnes Capitulares, ut sine eorum ingressu solutæ libellæ mediam annatam novæ præbendæ forte non adæquent, id, quod deest, tantum erit addendum. » *Ibid.* dub. 3.

(5. Nicolaus Cepollarius, et Nicolaus Vico præbendati Ecclesiæ Collegiatae S. Donati, quæ unita fuit alteri Collegiatae SS. Petri, et Pauli indultum Studiorum causa impetrarunt. Hi indultarii erant Præbendati Ecclesiæ S. Donati, et secundum taxam ejusdem Ecclesiæ, quæ aliarum minor erat, tertiam distributionum partem dimiserunt. Capitulum autem cœpit contendere dimetiendas esse distributiones juxta majorem alteram Ecclesiæ SS. Petri et Pauli taxam ad formam præfatæ unionis Bullæ, et proposito dubio, quomodonam essent amittendæ distributiones? non fuit ulla data definitio; sed voluit S. C. ut scriberetur Archiepiscopo juxta instructionem. Firmana die 19 Maii 1787.

(6. Unita ita fuit Ecclesia Collegiata S. Donati Montis Ulmi alteri SS. Petri et Pauli, ut sua quælibet retineret bona, Præpositus, qui prima erat dignitas, et Parochus fuit. At Præpositus SS. Petri et Pauli descendit ad secundam sedem nomine Archidiaconi. Prima Dignitas SS. Petri et Pauli distributiones capiebat in tertia parte majoris Canonicatus; eas ab ipsa unione percepit translatus Præpositus S. Donati, æque ac Archidiaconus, qui in sua exigendi possessione continuavit. Modo autem contendunt Capitulares de exequendis inter eum et Canonicos distributionibus. Sed Præpositus Nicolaus Barba SS. Petri et Pauli observantiam soliti efflagitat. S. Congregatio rescripsit ei distributiones quotidianas juxta votum Archiepiscopi debere: Firmana Distrib. die 15 Maii 1796.

(7. Dubio in S. C. proposito, an et quomodo Capitulares Ecclesiæ Collegiatae Divi Petri absentes a choro tempore divinarum officiorum, et in eadem Ecclesia celebrantes lucrari possint distributiones quotidianas juxta eorum veterem consuetudinem? respondit S. C. negativum juxta votum Episcopi, et Constitutiones Episcopi Facchinetti: « Qui censet ut Capitulares tempore chori haud possunt discedere a choro, causa missam privatam celebrandi ad legatorum satisfactionem, vel ad propriam commoditatem »

nisi in casu necessitatis cum licentia Præfecti, servata antianitate, et cum his consonant Constitutiones Facchinetti: Spoletana servitii Chori die 28 Febr. 1795. dub. 3.

(8. Et ad alterum dubium, an et quomodo Capitulares absentes ad audiendas Confessiones in eadem Ecclesia, quo tempore Confessiones audiunt pro præsentibus haberi debeant? negativum datum est responsum juxta votum Episcopi: « Hic putat ut excipiantur Prior qui curam animarum adnexam habet, et Capellanus Curatus, nec non Capitulares deputati ab Ordinario in casu alicujus Populi confluentiæ non obstante contraria consuetudine prisca. » *Ibid.* dub. 4.

(9. Postmodum ex narrato dubio tertio ortæ sunt novissimæ quæstiones; quum Card. Relator in voto fuisset, Capitulares omnes esse obligandos, ut in eorum ingressu mediam annatam solverent eidem massæ distributionum; hinc dubitatum, an illi Capitulares, qui ante Sac. Cong. Decreta, ut in dubio prædicto 2. libras 424. massæ distributionum numeraverint, post aliam præbendam assecuti sunt; debeant persolvere dictam mediam annatam; seu potius antiqua consuetudo retinenda sit, qua is, qui eam summam semel dedisset, nihil aliud solvere debeat, licet præbendam pinguiorem acciperet? S. C. respondit juxta votum Card. Relatoris: « Card. Relator censet respondendum: Ad 1. negative ad primam partem, affirmative ad secundam juxta modum, nempe si libellæ 424. semel a Capitulari in suo primo ingressu solutæ, mediam annatam novæ præbendæ forte non adæquent, id, quod deest, tantum erit addendum. » *Ead.* Caus. die 17 Junii 1797. dub. 1.

Inde; an illi Capitulares, qui post illa decreta in Capitulum ingressi solam mediam annatam dederint, si deinde ad aliam præbendam admittantur, novam mediam annatam tum præbendæ tum distributionum pendere teneantur? respondit pariter juxta votum Card. Relatoris « Qui putat respondendum Ad II. Negative pariter juxta modum, nempe quod si prior media annata jam soluta, novam alterius præbendæ non adæquet, quod deerit, suppleri oportet. » *Ibid.* dub. 2.

Et ad dubium, num Capitulum licite possit beneficii possessionem impedire antequam Capitulari scripto, et cum alterius Fidejussione se obliget, se ex fructibus perceptis mediam annatam soluturum, et eorum quantitatem legitimis documentis probaturum? rescripsit S. C. affirmative juxta modum, « Nempe facta obligatione, et præstita Fidejussione solvendi mediam annatam constituendam ut in sequentibus. » *Ibid.* dub. 3.

Denique dubiis, num in mediæ annatæ rationibus subducentibus detrudere oporteat impensas tum certas et stabiles, tum arbitraras et extraordinarias?

Num de anno tam sterili, quam fertili ratio simul habenda sit?

Num mediæ annatæ quantitas æstimari debeat a die, quo præbendæ successor pos-

sessionem adipiscitur, an a die ipso, quo illa vacans facta est?

An et quomodo sint liquidandi ejusque præbendæ redditus ad certam in futurum constituendam mediam annatam? ad omnia dedit responsum S. C. affirmativum juxta votum Card. Relatoris: « Qui recte animadvertit, ut respondeatur postremis quæstionibus, et censet scribendum Episcopo ut jubeat per Capitulum statum decennii confici reddituum singularum præbendarum..... Cum autem in lapsu decennii æqua etiam habeatur ratio annorum tam sterilium, quam fertilium, verissime et justissime colligetur valor mediæ annatæ: ea enim erit dimidium decimæ partis illius summæ, quæ superest ex summa facta decennalis redditus tam ordinarii, quam extraordinarii, detractis tamen ante expensis omnibus per decennium factis sive ordinariis, sive extraordinariis; » *ibid.* dub. 4, 5, 6 et 7.

(10. Quotidianas Distributiones lucrari non posse Canonicos Cathedralis Ecclesiæ S. Miniatis absentes a Choro ad audiendas confessiones in eadem Ecclesia tempore Choralis officiaturæ, quia pro præsentibus haberi nequeunt, excepto tamen Pœnitentiario, Sacra Congregatio definivit. In S. Miniatis Visitationis Sanctorum Liminum 8 Februarii 1814, I Dub.

Easque amittere debere Canonicos absentes ad Missam in eadem Ecclesia celebrantem tempore Divinorum Officiorum, nisi de licentia Præfeti ob Populi commodum id egerint. *Ibid.* ad II Dub.

Reprobavit præterea consuetudinem, qua interessentes Choro medietatem quotidianarum Distributionum percipiunt ad Missam conventualem, et medietatem ad Vesperas et Matutinum, voluitque ut singulis canonicis horis lucrarentur; *ibid.* ad III Dub.

Concessit denique indultum absentia a Choro duobus Canonicis Episcopum comitantibus in sacra Visitatione juxta antiquam consuetudinem cum facultate ob tenuitatem præbendarum percipiendi quotidianas distributiones perinde ac si Choro interessent. *Ibid.* ad IV Dub.

(11. Ob ecclesiæ utilitatem, juxta votum Episcopi, Divisionem Massæ Capitularis in totidem præbendas, excepta tertia parte bonorum arbitrio Episcopi assignanda pro Massa distributionum ad formam Concilii Tridentini concessit Sacra Congregatio Canonicis Collegiatæ Ecclesiæ Oppidi S. Joannis Verulanæ Diœcesis, qui ex bulla erectionis Capitularem Massam communiter administratam habebant, ejus fructus in singulos annuatim dispertiebantur. In Verulana Divisionis Massæ Capitularis 29 Martii 1814.

(12. Vacantis Capellanæ reddituum, ac onerum a Petro Giustini fundatæ Antonius et Joannes Baptista ex eadem familia Giustini a fundatore passive vocati, pari studio ad subdiaconatum promotionem cupientes, sed pari inopia laborantes, efflagitarunt una cum Genitoribus patronis activis divisionem,

quam pro æquali rata concessit S. Congregatio per Breve, ita tamen ut in casu obitus alterutrius reverteretur favore Superstitis, et unica in posterum evaderet Capellania ad formam fundationis. In Tiburtina Capellanæ 26 Aprilis 1814.

(13. Onus impositum a S. M. Xisto V, ultimo Canonico Cathedralis Septempedanae subministrandi Canonico Theologo congruæ titulo annuum redditum octo Salmarum tritici, et decem Vini postulanti Canonico Paladini, ut in singulas Canonicas primæ Erectionis Præbendas, in Archipresbyteralem vero pro duplici præstatione ad respectivas eorum vacationes divideretur, hanc divisionem tum quia omnes de eadem Massa participabant, et in id consentiebant (excepto Pœnitentiario, ne Coadjutorem læderet), tum quia ultimi Canonici Præbenda impar erat ad hoc onus ferendum, concessit Sacra Congregatio salvo tamen jure quæsito a Coadjutore dicti Canonici Pœnitentarii quoad immunitatem ab hoc onere ut proposuit Episcopus. In S. Severini Divisionis oneris 30 Augusti 1814.

(14. Fructus et distributiones omnes pro toto tempore absentia lucrare debere definivit S. Congregatio Sacerdotem Josephum Jarani Beneficiatum Ecclesiæ Cathedralis Reatinæ, quia Residentia abfuit, ut se subtraheret a perquisitione, et ne cogere præstare reprobaturum juramentum fidelitatis in Reatina Fructuum, et distributionum 18 Martii 1815.

(15. S. Congregatio antequam aliquid diceret circa quotidianas distributiones præteritas, et currentes Collegii Beneficiorum Basilicæ S. Laurentii in Damaso, commisit Eñno Vice-Cancellario ejusdem Basilicæ Commendatario, ut idem Collegium cogeret ad exhibendam redditionem rationum, indicta erogatione subventionum provenientium tum ex Chirographo S. M. Pii VI, tum ex indultis Sacre Congregationis, et ex his referret cur solutis currentibus mensualitatibus, non essent ex annuo superextanti reddito solvendæ, si quæ sunt, mensualitates adhuc debitæ, et cur in posterum si redditus augeantur vel minuantur, non sint proportionabiliter pro rata augendæ, vel minuendæ mensualitates ad formam Bullæ erectionis, et prout de jure. In Romana Distributionum 14 Aprilis 1821.

(16. Distributiones tantum, quæ ex voluntate Benefactorum solis præsentibus debentur, amittendas esse dixit Sacra Congregatio ab Ambrosio Mignanti Canonico Collegiatæ Tulpharum Sutrinæ Diœcesis; quia pro primo triennio amplissimo gaudebat Apostolico indulto abessendi a residentia. Verum cum hoc indultum pro secundo triennio confirmatum fuerit cum clausula amittendi distributiones, quæ dicuntur fieri inter præsentem Sacra, Congregatio censuit, Canonicum Mignanti hoc indulto perfrui debere, perinde ac si illi adjecta fuisset formula amissis cum solitis clausulis; præterea a die 27 Maii 1822. ad taxam ab Episcopo statuentem, eleemosynam a Canonico Mignanti

illi, qui munus Canonicatus pro ipso exercuit, vel exercet, tum pro celebratione Missæ statutis horis, tum pro servitio altaris solvendam esse declaravit. In Sutrina Indulti 24 Maii 1822, ad I, II et III Dub.

(17. Decretum Episcopi Placentini, quo præbendarium Jacobum Tinelli unius mensis *distributionum* amissione mulctavit, quia hic alterius Præbendati Cadaver juxta dispositionem Synodi Segæ deferre recusavit, confirmandum esse statuit Sacra Congregatio. Verum ob circumstantiarum mutationem hujusmodi resolutioni aliquid ad mentem Eñni Patres addiderunt. Quo vero ad mulctæ restitutionem voluit S. Congregatio. ut Episcopum supplicaret Tinellius. In Placentina dilationis Funerum, 24 Maii 1822, ad I et II Dub.

(18. Distributiones quotidianas a Francisco post a Canonico Decano Ecclesiæ Cathedralis Alatrinæ perceptas, dum erat absens a residentia infirmitatis causa, quamvis absque Apostolico indulto, restituendas Capitulo non esse, imo hoc teneri illius hæredibus præstare distributiones retentas decrevit Sacra Congregatio. In Alatrina Residentiæ, 9 Julii 1822, ad I et II Dub.

(19. Declaravit Sacra Congregatio etiamnum firmum remanere indultum Choralium *Distributionum* Lisanis Canonicis Archiepiscopum Diœcesim perlustrantem comitantibus concessum die 1 Septembris 1832, in Pisana Visitationis 28 Martii 1835, ad 3 dub.

(20. Declaravit Sacra Congregatio etiamnum remanere indultum Choralium Distributionum Pisanis Canonicis Archiepiscopum Diœcesim perlustrantem comitantibus concessum die 1 Sept. 1832, in Pisana Visitationis 28 Mar. 1835, ad 3. dub.

(21. Contententibus Canonicis Cathedralis Ecclesiæ Prænestinæ punctaturas, pro his decem mensibus quibus Canonicatus Jacobelli supra numerum vacuus fuerat, per Aloysium Marinium in ejusdem possessionem invecum esse persolvendas, licet universos per id temporis Canonicatus redditus subcollector spoliurum acceperit; Eminenti. Patres omnibus mature perpensis: punctaturas quidem esse solvendas rescripserunt, verum a Subcollectore Spoliurum. In Prænestina Distributionum 25 Maii 1838.

(22. Inspecta legitima proprii muneris causa, statuit S. C. Vicarios Curatos Metropolitanæ Ecclesiæ Pisanæ frui debere distributionibus pro diebus, et horis quibus ratione officii a Choro absunt, exceptis iis quæ dicuntur inter præsentem, onerata tamen eorum conscientia, in Pisana Jurisdictionis, et Jurium 27 Julii 1839, ad 7 dub.

(23. Eademque Distributiones debitas esse dixit etiam Cæremoniarum Magistris, Archiepiscopo, et Capitulo; necnon Cæremoniaris, Magistratui, et publicæ Universitatis inservientibus, dummodo in Metropolitana Ecclesia proprium munus exerceant, decrevit S. C. in eadem Pisana 27 Julii 1839, ad 8 et 9 dub.

Quoad Capellanos in organo canentes cum Musicis, eos Distributionibus privavit; quippe certum stipendium ex eo munere ob-

tineant, excepto tantum actuali Capellano, attentis peculiaribus circumstantiis, in eadem Pisana ad 10. dub.

Item pro sui muneris ratione distributiones tribuit Camerario pro Capituli negotiis absenti onerata, omissis distributionibus inter præsentem tantum, in eadem 11 dub.

(24. Minime pro distributionibus percipiendis suffragata est Capellanis ejusdem Universitatis, causa præsidendi Spiritualibus Exercitationibus ad Parochorum, atque Ordinandorum utilitatem absentibus, eisquede negandas definivit, in eadem Pisana 27 Julii 1839. ad 12 dub.

(25. Distributiones, quas post diem 4 Decembris anni 1837 perceperunt Officiales Capellani prædictæ Ecclesiæ Metropolitanæ, quo die lecta fuerunt responsa S. Congregationis, Eñni PP. decreverunt bona fide fuisse perceptas. In eadem Pisana 27 Julii 1839. ad 13 dub.

Quum porro in more positum sit ejusdem Ecclesiæ Metropolitanæ Pisanæ Distributiones, quas absentes a Choro amittunt in utilitatem præsentium non cedere, sed in unum collectas ab Archiepiscopi arbitrio pendere, qui partim diligentioribus in præmium, partim in fundi augmentum impendit, rogati EE. PP. an approbanda sit erogatio residui Massæ Universitatis, rescripserunt affirmative attenta peculiari fundatione, et in casu de quo agitur. In eadem Pisana ad 14 dub.

(26. Sassavitanae Cathedralis Archipresbyter Angelus Manga Simon, per duos menses recreationis causa Turrim quotannis recedens, choro deservire suevit una cum Capellanis addictis illi Basilicæ de Capituli pertinentia (a qua olim cathedra Episcopalis Sassarim translata est) quin distributionis Sassavitanae Cathedralis interim amitteret, juxta morem apud Capitulum invecum; dubius modo, an id tuto fieri possit, a S. Ordine petiit veniam quoad futurum, condonationem quoad præteritum: at EE. PP. priori petitione rejecta, improbandam esse assertam consuetudinem edixerunt ac mandatum Archiepiscopo, ut curaret omnino observari præscriptum SS. Tridentini Concilii sess. 24. Cap. 12 de ref., quoad alteram vero rescripserunt, esse consulendum SSmo erogata aliqua eleemosyna ab Ordinario taxanda favore Sacrarum. In Turritana Distributionum 1 Febr. 1840. ad 1 et 2 dub.

(27. Cum in litteris Apostolicis, quibus Ceriniolensis Ecclesia ad Cathedralem erecta fuit, statuerit Summus Pontifex ut demptis præstationibus assignatis Episcopo, Seminario, Canonicis, ac Mansionariis, nec non expensis pro fabrica Ecclesiæ, Sacris Supellectilibus, ac inservientium stipendiis superextantes redditus, qui tertiam partem totalis summæ Capitularibus, ut præfertur, assignatæ constituunt, in usum distributionum quotidianarum fideliter convertantur — factum est convertendos esse in quotidianas distributiones redditus superextantes, pro ratione tantum tertiæ partis singularum præbendarum, ut Capitulares quidquid supererat, distributionis titulo sibi addicendam

usque ad præsens judicant: at vero hodiernus Antistes contendit convertendos esse in quotidianas distributiones redditus superextantes pro ratione tantum tertie partis singularum præbendarum, atque ita declarari petiit a S. Ordine, qui primum definitionem protelavit, ut probationes hinc inde coadjuvarentur, mox eam protulit Episcopi votis adversam. In Asculana, et Ceriniolen. 11 Julii et 22 Augusti 1840. ad 1. dub.

(28. Abessendi Rescripto quo donatus fuerat Joseph Maria Constantini Tufi Anagninae Cathedralis Canonicus, ut Vicarii Generalis

S. CONGREGATIONIS CONCILII DECRETA.

(1. S. Cong. declaravit P. Venantium a SSma Conceptione e D. Theresiæ familia jure optimo, qua Ordinis Procuratorem potuisse

DOS, DOTARE.

S. CONGREGATIONIS CONCILII DECRETA.

(1. Subsidia Dotalia tribuenda veniunt puellis e testatore descenditibus usque ad decimum gradum, juxta regulas intestatæ successionis: Firm. Subs. Dot. 10 Jan. 1778. § 10

(2. Nominatio facta ad subsidia dotalia per eum, qui substitutus fuit in causa renitentiae alterius substineri debet: Præn. Sub. Dot. 24 Jan. 1778. § 7.

(3. Contraria testatoris voluntate resistente, non admittuntur puellæ cum testatore conjunctæ ad consecutionem subsidiorum dotalium ultra quartum gradum juxta jus civile dimetiendum: Rom. Subs. Dot. 17 Junii 1778. § 3.

Contrarie resistens voluntas tunc dicitur, quando testator proneptem suam exclusit: *ibidem* § 10.

(4. Dos potius agnatis, et cognatis testatoris, dummodo pauperes sint, ex præsumpta ipsius voluntate, quam extraneis puellis est tribuenda. Terr. Sub. Dot. 15 Jan. 1780. § 4.

Imo ex æquitate affinibus, et consanguineis, quamvis longiori gradu a testatore conjunctis: *ibid.*

Nihil vetante eadem nuptas esse, si, sub spe, et recursu pendente, pro assequenda dote, sese in matrimonium copulaverint: *ibid.* § 5.

(5. Dotis solutio negari non potest sequitis nuptiis; Terr. Subs. Dot. 15 Jan. 1780. § 5.

(6. Dos debetur pauperibus puellis a testatore quomodocumque descenditibus ex parte bonorum, quæ in Ecclesiam collata fuere ab eorum auctoribus. Sutr. Dot. 17 Jun. 1780. § 6.

Maxime si accedat voluntas fundatoris imminuendi opus pium, imminutis redditibus: *ibid.*

(7. Subsidia dotalia tribuenda veniunt puellis in quarto gradu cum testatore conjunctis, licet testator nullam assignaverit

munere Albano fungeretur, ita tamen ut omnes, et singulos sui Canonatus fructus, redditus et proventus, exceptis tamen distributionibus quæ fieri dicuntur inter præsentibus, percipere possit, perinde ac si choro personaliter interesset; comprehendit declaravit S. Congregatio nedum distributionem frumentariam, sed pecuniariam quoque, quæ penes illud Capitulum in more est: atque ideo ab A. 1829. quo hanc petierat restituendam fore ab aliis Capitularibus, qui illegitime perceperant per plures annos. In Anagnina Distributionum 22 Augusti 1840.

DOMINIUM.

emere vineolam quamdam sitam in Collibus Pariolis, eodemque jure posse modo ad Canonis Affrancationem procedere, in Romana Recognitionis in dominum die 21 Novembr. 1838. 1, 2 et 3 dub.

prælationem: Ter. Sub. Dot. 22 Decem. 1781. § 8.

Sed ex intuitu naturalis charitatis, atque præsumpta testatoris affectione erga ejus consanguineas, præsertim si summa egestate laborent: *ibid.*

(8. In Rota Romana non semel factum est dubium, an dotalia subsidia, quæ redeunt ad loca pia, ex quo puellæ sorte extractæ inruptæ decedant, vel contracto matrimonio sine filiis moriuntur, aliis sint conferenda. Cæs. Sub. Dot. 21 August. 1784. § 5.

Et firmatar regula, ut hujusmodi dotes sive post matrimonium, sive ante nuptias quomodocumque restituendæ sint, impendendæ in dotandis aliis puellis: *ibid.*

Ac ratio est ex verosimili mente testatoris, quod in dotium institutione nullam pecuniariam personam respexit, sed solum præ oculis habuit causam piam: *ibid.*

(9. Attinentes sanguini testatoris venire possunt ad petendum subsidium dotalium, aut ob consanguinitatem, aut ob paupertatem, et si utroque nomine petant, cæteris præferendæ sunt: Fan. Sub. Dot. 12 Mart. 1785. § 4.

(10. Impensas litis a collatoribus subsidiorum dotalium a pio Fundatore Jacobo Fornaciari ex oppido Carticeti ad explanandas puellarum admittendarum qualitates, et prælationem factas, sumptibus hæreditatis ejusdem testatoris faciendas, judicium S. C. fuit: Fanen. Subsid. Dot. 9 Aprilis 1785. dub. 5.

(11. Pro dotium cumulo paupertas, et simul conjunctio cum sanguine testatoris plurimi facit: Rom. 3 Mart. 1787. § 2.

Maxime si ad dotes vocatæ sunt puellæ incertæ, et nulli propterea fit injuria: *ibid.*

(12. Equum est ut puellæ tamquam consanguineæ testatoris, extraneis præferantur puellis, et suam dotem ex medietate etiam subsidiorum relictorum consequantur: Rom. Sub. Dot. 7 Jan. 1788. § 6.

Maxime si vocatæ ad subsidia dotalia sint puellæ incertæ, et nulli ideo fit injuria: *ibid.*

(13. Nullis extantibus puellis de familia vocata, extraneis, tamquam incertis nulla fit injuria, si consanguineæ testatoris quibus præsumpta favet illius voluntas præferantur: Rom. seu Sub. Dot. 26 April. 1788. § 4.

(14. Præstanda non sunt subsidia dotalia puellis consanguineis, quæ proprias ex eodem testamento dotes habent: Rom. Sub. Dot. 7 Jun. 1788. § 7.

(15. Per cumulum diu expectatum subsidiorum dotalium, inanis reddi quemadmodum non debet Pontificia gratia quin effectum habeat: Rom. Subs. Dot. 7 Jun. 1788. § 6.

(16. Dos jure actionis debita post secutam etiam professionem, vel matrimonium vindicari potest: Cæs. Subs. Dot. 29 Nov. 1788. § 13.

(17. Potest determinari in secunda donatione numerus, ac quantitas dotium, quæ ex prima ab incerto penderat a majorum vel minorum fructuum eventu. Cæs. Sub. Dot. 29 Novembr. 1788. § 7.

(18. Nulla est ratio, cur alieni subsidii particeps fiat: Rom. 17 Jan. 1689. § 3.

(19. Suspensi possunt dotes si per eas certæ dimittantur puellæ, quibus pollicitum est subsidium, idemque suspenderetur beneficium incertis quibus ideo nulla fieret injuria. Rom. Susp. Dot. 4 Apr. 1789. § 5.

(20. Puellæ adlectæ, quæ paternam sequuntur originem excluduntur penitus a subsidiis dotalibus, quæ originariam Civitatem requirunt. Foros. Subs. Dot. 8 Aug. 1789. § 5.

(21. Ei tributa est potestas eligendi puellas cui datum est arbitrium distribuendi subsidia: Foros. Sub. Dot. 8. Aug. 1789. § 8.

(22. Potior est anterior nominatio ad subsidium dotalium: Foros. Sub. Dot. 8. Aug. 1789. § 7.

(23. Quandoque subsidia dotalia ad tempus assignantur pro alenda Consanguinea testatoris in Monasterio si testator hunc casum non prævidit. Rom. Subs. Dot. 19 Septem. 1789. § 3.

(24. In quolibet dubio de jure subsidii dotalis pronuntiandum est pro puellis in Domino nubentibus. Clar. Subs. Dot. 5 Jan. 1790. § 6.

(25. Caducata dos accrescit Legatario qui respectu rei legata quodammodo hæres est. Rom. seu Sp. Subs. Dot. 20 Mar. 1790. § 5.

Quando ad certam testator non respexit puellam in specie, sed ad opus pium donationis in genere, per locum pium addici non potest, sed iterum caducata dotes sunt conferendæ. *Ibid.* § 8.

(26. Quoad dotes caducas attendi observantia debet. Rom. seu Sp. 20 Mar. 1790. 6.

(27. Subsidium dotalium relictum est sub conditione, quatenus puellæ nubant, eaque ideo deficiente legatum extinguitur: Rom. seu Sp. Subs. Dot. 20 Mar. 1790. § 5.

Maxime si de relicto agatur extranei quod omnino requirit, ut nuptiæ sequantur. *Ibid.*

(28. Jus nominandi puellas ad certum subsidium dotalium primo actu consumitur. Rom. seu Sp. 20 Mar. 1790. § 6.

29. Subsidia dotalia censentur relicta pauperibus puellis, nisi eis obsint divitiæ paternæ. Nul. Fer. Pont. subs. Dot. 15 Jan. 1791. § 5.

Eisque tantum concedi etiam consuetum est cumulum. *Ibid.*

Et vocatis a testatore puellis debetur jus actionis: *ibid.* § 6.

Ubi unum testator in puellis dotandis expressit requisitum consanguinitatis, noluisse censetur alterum paupertatis. *Ibid.*

(30. Subsidium dotalium consequi debet puella quæ qualitatibus a testatore requisitis pollet. Rom. seu Null. Subl. leg. 26 Mar. 1791. § 4.

(31. Ad dotalia subsidia incertis puellis relicta ex naturalis charitatis ordine præferri debent consanguineæ, eisque pauperibus cumulus etiam conceditur. Assis. Subs. Dot. 16 April. 1791. § 2.

Præsertim consanguineis, quæ non possunt congruam, et maternæ similem dotem expectare a proprio genitore, inspecta patrimonii tenuitate. *Ibidem.*

Et illis pauperibus conceditur etiam illarum cumulus. *Ibid.* § 3.

Atque concedendus est ad honestatem dotandæ. *Ibid.*

Et si deberetur dos jure actionis, seu expressa testatoris voluntate, concedenda est in eadem quantitate dotis maternæ. *Ibid.*

Ac etiam conceditur ad meram quantitatem potius, ut subsidiaria fert dotatio. *Ibid.*

Et favor consanguineæ vincit incertas puellas, quibus nulla fit injuria. *Ibid.*

(32. Dotalis subsidii petitio non admittitur post contractum Matrimonium. Melv. Subs. Dot. 6. Aug. 1791. § 4.

Prodest tamen si facta fuerit ante contractas nuptias. *Ibid.*

(33. Dos congrua demetienda est ex viribus paterni patrimonii, solitoque familiæ, subsidiaria vero ad necessitatem. Luc. Subs. dot. 27 Aug. 1791. § 4.

(34. Consulendum est puellis vocatis pauperibus, quum aliarum concurrentium adsit incertitudo, quibus nulla fieret injuria. Im. dot. 18 Septemb. 1791. § 6.

Nec abest actio suis filialibus competens pro consecutione dotis super ascendentali fideicommissio pii testatoris. *Ibid.*

Quando ex eodem fideicommissio detrahendum nihil remanet, et summa a testatore designata consumpta est. *Ibid.*

Limitatur, si testator vocaverit puellas egenas, quia tunc requiritur paupertas absoluta. *Ibid.* § 7.

Vel si consanguineæ testatoris consequi possint dotem a fideicommissio avito, non obstante prohibitione alienandi præter summam designatam. *Ibid.*

(35. De jure subsidia dotalia pauperibus relicta censentur. Vel. Subs. dot. 23 Febr. 1793. § 11.

Eisque dumtaxat concedi solet illorum cumulus. *Ibid.*

Subsidiorum dotalium cumulus denegatur, accedente aliarum puellarum præjudicio. *Ibid.*